

in aqua aër etiam inest, in calce terra atque ignis: fitque
 od in smaragdina Hermetis tabula, tanquam inscultum
 sterium, legimus. Ascendit à terra in cœlum, iterumque
 scendit in terram, sicq; vim recipit superiorum & inferio-
 rum. Qui enigmate hæc contexerunt, hanc aquam appellant
 gentum vivum, calcem verum sulphur quorum permistio-
 lapis fit, perinde atque ex aqua farinaque panis. Alii a-
 sam spiritum viventem, terram fermentum: alii illam ma-
 n, hanc fœminam dixerunt, quorum complexu & coitio-
 procreatur infans. Opus autem postremum ut compleas,
 lcem puram obturato vase reconde equino fimo calentc,
 ebus quadraginta, dum in humorem album & crassum li-
 escat. In hunc justis dierum intervallis aquam sensim in-
 inde: ea quidem via & ratione quam artis periti ad unguem
 plicarunt, ut calx aquam suam omnem sensim combibens
 asi illinc enutrita, in lapidem verum concrescat. Quam va-
 m colorum mutationem hoc temporis curriculo debeat
 ois subire, & que indicia illius consummati perfectique exi-
 ent, expressum etiam ab illis patefactumque est. Hic the-
 urus immensus, hoc verum elixir, hoc frugiferum auri se-
 men, cuius drachma si in ducentas & quinquaginta li-
 quati plumbi aut stanni drachmas insundatur,
 id universum in aurum purissimum
 convertet.